

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5597

Auteur(s) : Amaury, chevalier, Gacé (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Nicolas, Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1238

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Le chevalier Amaury, seigneur de Gacé, fait savoir que l'abbé Nicolas et les moines de Saint-Évroult lui ont concédé le moulin nommé le Nouveau Moulin sis à Coulmer qui appartenait au prieuré Saint-Martin de Noyon-sur-Andelle par le don des ancêtres dudit chevalier, avec l'accord et la volonté du prieur et des moines dudit prieuré et moyennant la rente annuelle de 75 sous tournois à percevoir de la prévôté de Gacé et l'autre rente annuelle de 60 sous tournois destinée audit prieuré de Noyon[-sur-Andelle].

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862, t. 1, p. 497.

Dissertation critique

Noio : Noyon-sur-Andelle, nom de la commune de Charleval jusqu'au règne de Charles IX.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Almaricus, miles et dominus de Gaceio, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum prioratus Sancti Martini de Nogione super Andelam, pertinens ad abbatiam Sancti Ebrulfi, de dono antecessorum meorum et mea confirmatione haberet in puram perpetuam elemosinam, quoddam molendinum quod Novum Molendinum dicitur, situm in parochia de Colimer, Nicholaus, abbas tunc temporis Sancti Ebrulfi, et totus conventus ejusdem loci, assensu et voluntate prioris et monachorum de Nogione, dictum molendinum cum suis pertinenciis, videlicet cum molta omnium hominum suorum ad illud molere debentium, concesserunt mihi et heredibus meis ad perpetuam firmam pro sexaginta quindecim solidis turonensium annuatim percipiendis in prepositura mea de Gaceio, cum aliis sexaginta solidis turonensium annui redditus, quod dictus prior de Nogione in eadem prepositura mea percipere consuevit, ita quod quidquid contigerit de dicto molendino, sive steterit, sive cadat, dictus prior de Nogione annuatim percipiet in perpetuum in dicta prepositura sex libras et quindecim solidos turonensium ad duos terminos assignatas : videlicet ad feriam meam apostolorum Petri et Pauli septuaginta solidos et ad feriam exaltationis Sancte Crucis sexaginta quinque solidos, per manum prepositi mei, vel per manum dictam feriam colligentis, si tenuero preposituram in manu mea ; hoc addito quod, quociens ego vel prepositus meus a solutione dictorum denariorum defecerimus, quod absit ! terminis assignatis, pro defectu uniuscujusque septimane tres solidos turonensium pro pena cum debito principali dicto priori de Nogione vel ejus ad hoc attornato sine contradictione aliqua persolvemus. Erunt autem homines dicti prioris immunes et liberi ab omnibus servitis et consuetudinibus que alii homines facere tenentur ad molendina in quibus sunt moltarii,

excepto quod tenebuntur molere ad novum molendinum meum de Haiis ; nec poterimus ego Almaricus nec heredes mei in hominibus elemosine dicti prioris, nec in rebus eorumdem ratione hujus conventionis aliquam justiciam exercere, nisi solummodo in via alicujus molendini extra elemosinam dicti prioris, sed si dictos homines molere contigerit ad aliud molendinum per servientem dicti prioris ad petitionem servientis mei justiciaabuntur, ita quod ego habebo emendationes secundum consuetudinem patrie. Quod ut ratum et stabile futuris temporibus permaneat, presentem paginam sigilli mei munimine confirmavi. Actum anno gracie millesimo ducentesimo tricesimo octavo.